Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

" sufficienciis sentire etc." Authorem esse Caspanum Calderinum, Joan: Calderini Doct: Bonon: circa ann: 1350 filium, testatur Cod: ms: Bibl: Tymsteinensis, ut videre est apud Krausium Hustamsl: Bibliothecs: 2 Tj: p: 182. Vide etiam Fabric: Bibl: med: & inf: Latin: T: I. p: 321.

4. Fol 8-11.

Sermo de Nativitate B: V: M:

" Sermo de Nativitate virginis Marie de epistola proverbionum octavo;" ita rubrica. Initium est: " Dominus possedit me &c Licio presens dificultatem petit"

5. Fol 11-13.

S. Augustini Sermo de assumcione B: M: V:

" Sermo beati Augustini episcopi de assumcione beate Marie virginis &c." Hoc dicit rubrica; initium autem est: " De sanctissimo corpore perpetue virginis". Inter opera S. Augustini non reperitur, nec stilum ejus omnino sapit, unde inter suppositicios illum rejiciendum esse nullus dubito.

6. Fol 14-25.

Petri Blesensis Compendium in Job.

Petri Blesensis compendium in Job cum epistola exhortatoria ad Henricum II Anglie Regem. Et explanatio duorum prionum capi-